



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 3. Vetrantonis Deposito.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

por Dei manum agnoscere coactus, soluta Sæculum IV.
 obsidione, indecore recessit. Philostor- A. C. 350.
 gius Arianus, quem, S. Jacobo Nisibitano
 plus justo favisse, nemo suspicabitur, hu- *Gennad. Ca-*
 jus miraculi testem in sua historia agit. *talog. n. I.*
 Vir Sanctus haud diu post, Imperante
 Constantio, ex humanis abiit, jubente
 Cæsare in urbe Nisibi, ut jam ante Con-
 stantinus Pater ejus præceperat, terræ
 mandatus, ut ejusdem civitatis esset Pa-
 tronus, quippe alias quemquam intra
 mœnia civitatis sepelire nefas erat. S. Ja-
 cobus magnum librorum numerum Sy-
 riace, nempe patria sua lingua, scripto-
 rum post se reliquit, maximam partem
 moralium. Viginti sex omnino nume-
 rabantur volumina. Inter alia Chroni-
 cum visebatur, quod quidem non ita cu-
 riositati legentium, sicut illud Græcorum,
 serviebat, at soliditate præstabat; hoc
 S. Scripturæ textibus constabat, & eos
 confundebat, qui frivole de Anti-Chri-
 sto philosophari amant, & de ultimo Do-
 mini nostri adventu disputare.

§. III.

Vetranionis Deposito.

Imperator Constantius omnibus, quæ ad *Theod. III.*
 defensionem urbium Syriæ spectabant, *c. 3.*
 dispositis, ante initium mensis Junii An-
 tiochia profectus, in Magnentium movit.

M m 5

Ubi

Sæculum IV. Ubi copiam confluerant, omnibus, qui
A. C. 350. necdum Baptismum recepissent, suavit, ut
 sine dilatione baptizarentur; plurima im-
 minere militantibus pericula; ii autem,
 qui baptizari nollent, Marti valedicerent,
 & domum se conferrent. Ipse tamen
 Constantius non prius quam post unde-
 cim exinde annos, & in mortis articulo
 baptizatus est. Forte hinc est, quod il-
 lis nomen Paganorum datum sit, qui cin-
 gulum solvere, quam Christianos fieri
 maluerunt, nam Paganus latine talem
 significabat, qui arma non gereret, & op-
 ponebatur militi; inde hæc vox ad signi-
 ficando universim Infideles extendi po-
 tuit; forte etiam Pagani dicti sunt infi-
 deles a voce pagus, ex quo nos vocabu-
 lum *pais* derivavimus, quia paganorum,
 seu hominum in agris viventium obstina-
 tio omnium ultimo Idololatriæ supersti-
 tionibus abstrahi potuit. Magnentius
 Legatos misit ad Constantium, & Vetra-
 nionem, ad quem Constantius quoque
 amicitiam specie delegaverat, ne sibi cum
 duobus simul bellandum esset.

*Zosim. 2. p.
 694. Victor
 de Cæsar. &
 in epit. Eu-
 trop.*

Vetranioni satius visum Constantii
 amicitiam ambiri, cui Constantius utpo-
 te Seni, rudi, simplici, & vix satis mentis
 compoti, quæcunque voluit, facile per-
 suasit. In Pannonia vires junxerunt;
 Constantius unacum Vetranione sugge-
 stum conscendens perorare ad milites
 cœpit,

cœpit, & quanta olim de ipsis Magnus Sæculum IV.
 Constantinus meritus esset, in memoriam A. C. 350
 reducere, sacramentum, quo se obstrin-
 xissent, filiis ejus obedientiam præstitu-
 ros, Magnentii perfidiam, & indignam
 Constantis necem; tandem eorum fidem
 obtestabatur, ne viri fortes tantum faci-
 nus sinerent impunitum, sed se in colli-
 genda fratris hæreditate adjutum vel-
 lent. Quamvis solum Magnentium no-
 minasset, tamen milites, quorum fidem
 jam prius sibi comparaverat, eadem de
 Vetracione sentienda putarunt; vox una
 conclamantium fuit; tollendos omnes
 istos Pseudo-Cæsares, Soli Constantio
 obediendum. Tum Augustum, & Impe-
 ratorem proclamant, nullam Vetracionis
 mentionem facientes. Miser senex,
 omnium ope destitutum se videns, di-
 missa Purpura, de tribunali descendit,
 & ad Constantii pedes accedit, qui non
 solum vitam ei servavit, sed mensæ quo-
 que adhibuit; tum Præsium in Bithy-
 niam dimisit, assignatis, quibus laute vi-
 veret, bonis, quippe ei bona fide defe-
 ctionis crimen ignoverat. Vetracione sua
 ex parte fidem servavit, & quiete reli-
 quum vitæ tempus consumpsit. Cum
 esset Christianus in Conventibus Fide-
 lium assidue comparebat, largas dabat
 eleemosinas, Ecclesiæ Ministris honorem
 habebat. Sæpe ad Constantium litteras
 dabat,

Chr. Pasch.
an. 350. p.
292.

Sæculum IV. dabat, quibus pro bonis, ab eo acceptis,
 A. C. 350. gratias agebat, suadebatque, ut sibi ipsi
 eadem daret, negotiorum turbis renun-
 tians. Vetrano depositus est vigesima
 quinta Decembris anno 350 postquam 10
 Mensibus regnasset.

§. IV.

Gallus Cæsar.

Interim Magnentius Nepotiani metu se
 liberaverat, quem missus adversus eum
 Marcellinus non levi pugna devicerat.
 Occisus est Nepotianus, & avulsam a
 corpore caput hastæ impositum in urbe
 Roma circumlatum. Viginti octo non
 plures dies regnaverat a tertia Junii, us-
 que ad primam Julii anno 350. Mortem
 ejus ingens persecutio secuta est; Eutro-
 pia Mater ejus, cum aliis altioris condi-
 tionis hominibus, neci data. Itaque ad
 initium anni 351. nemo nisi Magnentius
 supererat, qui de Imperio cum Constantio
 dimicaret. Antequam Constantius
 contra eum cum exercitu iter susciperet,
 familiæ suæ bono, & Provinciarum Ori-
 entalium adversus infestos Persas securi-
 tati provisum esse voluit; cumque care-
 ret prole mascula, Patruelem suum Gal-
 lum, Julii Constantii filium elegit, & de-
 cima quinta Martii 351. Cæsarem dixit,
 eique sororem suam Constantiam, Anni-
 balliani

*Zosim. l. 2. p. 644. Vi-
 stor. epit. Eutrop.*

Athan. 1. apol. p. 617.

A. C. 351.